



320
20

Z. n. 18.



18. iij.



C. 246.

28

STAGIRITÆ
 PHILOSOPHORUM PRINCIPIS
 DE ANIMORUM IMMORTALITATE SENTENTIAM
 EX EJUS SCRIPTIS PROFERENS
 AD ANNIVERSARIA SACRA
 IN MEMORIAM
 STATORUM ILL. AUGUSTEI
 SERENISSIMORUM PRINCIPUM AC DOMINORUM
 DOMINI

AUGUSTI

PRIMATIS GERMANIÆ ET ECCLESIE METROPOLITANÆ
 MAGDEBURG. POSTULATI ADMINISTRATORIS

DOMINI

JOH. ADOLPHI

ET

DOMINI

JOH. GEORGII

DUCUM SAXONIÆ JULIÆ CLIVIÆ AC MONTIUM ANGARIÆ ET
 WESTPHALIÆ LANDGRAFIORUM THURINGIÆ MARCHIONUM MISNIÆ ET UTRIUS-
 QUE LUSATIÆ PRINCIPALIS DIGNITATIS COMITUM HENNEBERGÆ COMITUM
 MARCÆ RAVENSBERGÆ ET BARBIÆ DYNASTARUM RA-
 VENSTEINI &c. &c. &c.

PRINCIPUM AC DOMINORUM ET NUTRICIORUM QUONDAM
 NOSTRORUM LONGE CLEMENTISSIMORUM
 IN SOLENNI ORATIONE

AD D. IV. JUNII A. C. IN AUDITORIO ILL. AUGUSTEI MAJORI
 PERAGENDA

ILLUSTRES AULÆ SERENISSIMÆ MINISTROS UTRIUSQUE REI-
 PUBL. PROCERES ET LITERATOS HUIUS URBIS OMNES
 UNA CUM CIVIBUS ILL. AUGUSTEI
 DECENTISSIME HUMANISSIMEQUE

INVITAT

M. CHRISTIANUS REINECCIUS

SS. TH. BACC. CONSIL. SAXO-WEISSENFELS, ILL. AUGUSTEI RECTOR ET P. P.



* * * *



Uod *Phil. Mornaus* in Libro de Veritate Relig. Christiane c. XV. p. 316. pro Immortalitate Animi humani scripsit: *Ut omni aetate homines fuere, ita ab omni tempore immortalitas Animorum credita & recepta fuit non a singulari aliquo homine aut gente, sed ab universo utriusque Genere Humano;* id summorum Philosophorum Veterum calculo comprobatur & pluribus argumentis è communi Schola NATURÆ confirmatur. Emiserunt inter Sapientes Gentilium *PLATO & ARISTOTELES*,

quorum doctrinæ & placita totum orbem eruditum impleverunt. *Platonis* sententiam de Animorum immortalitate alia jam occasione exhibuimus, nunc quid *Scagivita* de Animis senserit investigabimus. Sunt diversa de mente *Aristotelis* iudicia doctorum, & ipsa etiam Philosophi loca quædam valde controversa sunt, adeo ut etiam veteribus mortalem esse animam hominis statuisse *Aristoteles* visus fuerit. Vid. *Theodoresus* l. 5. de Curat. Græc. in fid. p. 116. lqq. conf. *Comimbrienses* tr. de Anima Sep. disp. 1. art. 2. p. 565. Sed obscuriora Philosophi loca ex claris & perspicuis illustranda sunt, non hæc ex illis infuscanda. Clara & perspicua ejus verba sunt in Libro 1. de Anima c. 4. Ὅτις εἶπεν ἐγγινεσθαι δόξα περὶ ἀνακῆς ἢ ἀθάνατον, μάλα γὰρ ἐφθίγγεται ἀνὸ τῆς ἐν τῷ γῆρα ἀμυρώσεως. νυνὶ δ' ὡσπερ οὗτοι τῶν ἀδιτηρίων οὐμβίου εἰ. ἢ ἄρα λαβοὶ ἐπεσβύτης ἕμια τίνονθῃ, βλέποιν ἂν ὡσπερ κηρὸ νέος ἀπο τῷ γῆρας ἢ τῷ ἔσχατον πεπιδέναι, ἢ αἰὲλ' ἐσὼ κατὰ πῆρ σωματικῶν καὶ ἰσῶν. καὶ τὸ νεῖν δὴ καὶ τὸ θάνατον μαρτυροῦμαι, ἀλλὰ πῶς ἐσὼ φθαρομένῳ, αὐτὸ δὲ ἀπαθείς ἐστὶ. τὸ δὲ διανέσθαι καὶ φιλεῖν ἢ μισθῖν ἐκ ἐστὶ ἐκείνῃ παθῆν, ἀλλὰ τῷ δὲ ἢ ἐχθρὸς ἐκείνῳ ἢ ἐκείνῳ ἐχθρῷ, διὰ καὶ τῶν φθαρομένων, ἢ τε μνημενεύει ἐπὶ φιλεῖ ἢ γὰρ ἐκείνῳ ἦν, ἀλλὰ τῷ κοινῷ ὁ ἀπώλαει, ἐ δὲ νῆς ἴσως θεοπρόνῳ ἢ ἀπαθείς ἐστὶ. i. e. intellectus advenire videtur & *SUBSTANTIA* quædam esse ac *NON CORRUMPI*. Nam ab eo maxime quæ in senectute fit obfuscatione corrumpetur, nunc autem perinde fit, atque in sensuum instrumentis. Etenim si senectilem acciperet oculum, videret sicut & juvenis. Quare senectus non est, quia anima quicquam est passa, sed quia id, in quo est, aliquid passum est, quemadmodum in ebrietatibus & morbis fieri solet. Et ipsum igitur intelligere & contemplari marcescit quia aliud quoddam intus corrumpitur. Ipsum autem passione vacat

vacat. Ratiocinari vero & amare aut odisse non sunt illius affectus, sed hujusce quod
 habet illud, ea ratione qua illud habet. Quapropter & hoc corrupto, nec recor-
 datur nec amat, non enim erat illius, sed ipsius communis quod quidem perit:
 Intellectus autem pariter *DIVINUM* quid est & *PASSIONE VACAT*. Statuitque l. 2.
 de Animal. Gen. c. 3. ἵσυχον ἔστιν ἡ ψυχή. ἡ δὲ ἐν ἑαυτῇ ἔστιν ἡ ψυχή. ἡ δὲ ἐν ἑαυτῇ
 ἡ ἐνέργεια κοινὴ τοῖς σώματι καὶ ἐν ἑαυτῇ. mentem non educi e gremio materiae sed solum
 divini quid esse &c. Ita lib. 3. c. 4. dicitur ἡ ψυχή χωριστὴ separabilis; item ὁ νόσος
 ἀπλῆς ἐστὶν, καὶ ἀπαρτὸς καὶ μηδὲν μίχθῃν ἔχει κοινόν simplex & passionis experts ni-
 bilque habens cum ulla re mixtum commune. Et rursus cap. 5. ἡ ψυχή ὁ νόσος χωριστὴ καὶ
 ἀμείγρη καὶ ἀπαρτὴ, ἡ δὲ ἐστὶν ἐν ἑαυτῇ αὐτῇ πρῶτον ἐν ἑαυτῇ ἡ πρῶτος καὶ ἡ ἀρχὴ τῆς
 ὕλης. i. e. hic intellectus separabilis est & non mixtus passioneque vacat cum sit sub-
 stantia actus, semper enim id quod efficit atque agit, prestabilis est eo, quod pari-
 tur & ipsum principium omnino materiae. Et post pauca: χωριστὴ δὲ (ἡ ψυχή) ἐστὶ
 μόνωτος ὁ πρῶτος ἐστὶν, καὶ τῆτο μόνωτος ἀθάνατος καὶ ἰδιὸς ἢ μνημονεύμενος δὲ ὅτι τῆτο ἰδι-
 ὠτατος ἢ δὲ ἀσθητικὸς νόσος φθαρτὸς καὶ ἀνευ τῆς αὐτῆς ἐδὲν νόσος. i. e. separatus vero (intelle-
 ctus) id est solum quod est, atque id solum est immortale & perpetuum. Non autem
 recordamur, quia hoc quidem experts est passionis. Intellectus vero passivus extingui-
 tur & sine hoc nihil intelligit. His accedit ἐνπλεχτικὸς nomen, quo Animam Hu-
 manam Aristoteles primus insignivit lib. 2. de Anim. c. 1. Extra dubitationis
 aleam positum scribit M. J. Paschius in disp. de hac Voce art. 1. §. 1. Stagiriten Ari-
 stot. elem unicum & solum hujus nominis auctorem fuisse, - qui passivum in suis scri-
 ptis non tam exotericis & hypomnematis, quam acroamaticis sive epopricis omnium
 primo ἐνπλεχτικὸς ὑψήραυτο & insolenti hoc nomine rem intricatam extricavit. Te-
 staturque Latinorum Philosophus fere primus M. Tullius Cicero in Tusc. Quæst. l. 2.
 Aristotelem novo nomine ipsam animam appellare; quarquam a mente Stagiritæ
 non uno modo aberraverit V. Conimbricenses l. 2. de Anim. c. 1. qv. 1. a. 7. p. 69. ἐν-
 πλεχτικὸς autem non esse confundendam cum voce ἐνδεδεχτικὸς, qua ante Aristotelem
 Plato usus est alicque, jam olim monuit Scaliger, & Aristotelis ἐνπλεχτικὸς egregie com-
 mendavit in Exerc. 307. sect. 39. p. 745. Aristoteles, inquit, cum veterum definitio-
 nes ostendisset non esse e republica veritatis suam introduxit, quam nonnulli mures
 e pistrino dextere adorti sunt. Item: non est ea vox tam obscura doctis, quam nova
 novitius, versantibus in caligine naturalium definitionum, que a prisca crasse,
 quasi informes esse constituta sunt. Cujusmodi: Anima est ignis. Anima est aer.
 Anima est harmonia. Anima est crasis. Quæ res materiales, ubi à divino Viro
 (Aristotele) vacata in judicium atque explosæ sunt, sui desiderio creantur in inge-
 niis plebeis indignationes atque calumnias adversus novam Philosophi diligen-
 tiam. Dic queso Magister, cum genus investigares ad explicandam definitionem in
 Schola Platonis quid inveniebas? Anima est vis se ipsam movens. Nonne quares
 porro: Quid est ea vis? qualis? unde? Quid mirum, si novam vocem attulit ad
 novam intellectionem. Ἐνπλεχτικὸς vero componitur ex ἐνπλεχτικὸς & ἔχειν & est, quod
 perfectum est, in fine est h. e. acquisivit finem suum. Atque ita ἐνπλεχτικὸς generatim
 est quicquid se habet respectu alterius ut perfectio, finis & complementum; Specia-
 tim in hominis Anima dicit ejusmodi principium à quo corpus & homo ipse omnem
 suam habet perfectionem. Nam Anima sunt verba Paschii l. c. dat corpori animato
 (1.) esse perfectum constituendo illud in certo esse specifico, quia est ejus forma
 (2.) perfectas facultates & potentias agendi (3.) perfectas operationes, quia prima
 operationum in animato propriarum causa est. Facile ergo videmus, quid
 voce

voce ἐπιτελεχίας *Stagirita* voluerit. Ἀναγκᾶν inquit I. c. τὴν ψυχὴν ἐστὶν
 εἶναι, ἢ δὲ εἶναι seu ψυχὴ ἐστὶν στερῆσα ἢ πρώτη αἰτία τοῦ φαινομένου (καὶ) ἐχόντος δύναμιν.
 Ex quibus talis jam lequitur Animæ Humanæ juxta Aristotelem descriptio: *Animæ hu-*
mana est substantia ἐπιτελεχια ἄκτις perficiens primus & perfectio corporis prædita
intellectu immateriali & voluntate perpetuo manens, & principium quo primo vidimus,
sentimus & intelligimus. V. Mendoza de An. d. l. f. l. s. i. Conimbric. ad
 L. 1. Arist. c. 1. de An. q. 1. a. 1. & conf. D. J. N. *Harschmid* de Immort. An. p. 77. Adsi-
 pulari igitur iis non possumus, qui tam audaciter adserunt, Summum hunc Philosophum
 & acutissimum statuisse, Animas hominum esse corruptibiles. Contrarium patuit ex
 supra adductis locis in quibus ἐστὶν Aristoteli est ἀτάκτως ἀφαιστος, ἀθάνατος καὶ ἀ-
 διετοῦ &c. Et hoc viderunt Viri Doctissimi & ab opinione illa perverfa dudum liberarunt
 Philosophum. V. *Scalger* I. c. *Henr. Morus* T. 2. Op. Philos. de Immort. Animæ p. 367. *sq.*
Mornæus de Verit. R. C. c. 14. p. 326. *Reymundus Martini* in Pug. Fid. P. l. c. 4. p. 205.
 Et loca omnia in contrarium ex Philosopho adducta prolixè excusserunt *Comimbrienses*
 disp. 1. art. 2. p. 565. Sed non tantum, sunt verba D. *Korboldi* de Relig. §. 9. p. 13., qui
inter Gentiles erant sapientissimi, Philosophi inquam, *animarum humanarum immor-*
talitatem asseruerunt, verum etiam gentes plane barbære de eadem & olim & hodie
etiamnum sunt persuasa, ut verissimo huic dogmati falsamulca, vana, absurda & impia
superstruant; non secus ac Poëtæ suas de manibus campis elyis, cartero, fabulis
illi ipsi animarum immortalitati tanquam fundamento inasficarunt. Hoc de *Getis*
 refert *Herodorus* in *Melpomene*; idem de *Chinensibus* testatur *Jan. Hugo Linschott*.
Annus P. 2. c. 25. de *Virginie incolis* idem prodidit *T. b. Harriot*, de quibusdam *Babilæ*
incolis *J. Leri*, de *Peruanis* hæc habet *Josephus Acosta*: Indi qui in Peru habitant animas
 hominum immortales esse, ac pios vitam æternam, impios autem æternam
 damnationem manere credunt. Cæterum quod vim argumentationum ex Natura
 peritarum attinet, monendum est, ex iis Animæ immortalitatem intrinsicam firmiter
 satis colligi, non tamen de voluntate Divina Rationem sibi relictam certi quid pro ab-
 soluta & nunquam finienda Animarum immortalitate definire posse: præterquam
 quod nullam causam videat, cur Deus destruere Animas aliquando velit, idque cum
 bonitate Summi Numinis pugnare palam animadvertat. Hinc *Gentiles Philosophi*
 securi fuerunt saltem prudentiores de sua Animorum immortalitate & Animas Homi-
 num nunquam destruendas dixerunt: quique suo modo Deum coluerunt, lux ipsius
 pietatis retributionem etiam post fata expectandam docuerunt. Neque epicureis
 & dissoluta plurium vita & sermones & objectiones aliorum obverti Sapientum de-
 monstrationi & receptæ integræ n. Gentium sententiæ magis possunt quam firmissimæ
 demonstrationi existentie Dei à natura factæ. Rom. 1. 9. *sq.* Attamen multo certiores
 ea de re sumus Christiani per Verbum Dei, quod fidem plane divinam gignit, viam
 monstrat ad beatam immortalitatem, & in via lux & dux est. Hac via tuti verunt,
 quotquot Cælum ingressi sunt, eademque nobis insistendum est. Et quid univërfa
 mortalium vita est nisi via ad mortem? Et quid mors nisi via ad vitam? Quapropter
 in præsentī oratione nostra memoriali Serenissimorum Statorum & Nutriciorum Cle-
 mentissimorum Ill. Augustei hæc Via vite ad mortem & via mortis ad vitam animis
 oculisque nostris obverfabitur. Illustres autem Aulæ Serenissimæ Ministros Utrius-
 que Reipubl. Proceres & Literarum Fautores in hac urbe omnes, nostrosque Ill. Au-
 gistei Cives maximopere rogatos cupio, ut exoptatissima præsentia sua, favore & at-
 tentione adesse nobis & hunc celebrare diem memorielem Fundatoris Divi Augusti
 ejusque Filii & Nepotis Serenissimorum Principum & Nutriciorum quondam Munifi-
 centissimorum nostrorum ne reculent. P. P. F. est. Trinit. A. c. MDCCXXV.

Leucopetrez, Lictis G. A. Legii, Aul. & Augustei Typogr.

Nr 885.
40

ULB Halle
001 556 347



3

So.

Witt

2. C.







Cerybo. 23

STAGIRITÆ
PHILOSOPHORUM PRINCIPIS
DE ANIMORUM IMMORTALITATE SENTENTIAM
EX EJUS SCRIPTIS PROFERENS
AD ANNIVERSARIA SACRA
IN MEMORIAM
STATORUM ILL. AUGUSTEI
SERENISSIMORUM PRINCIPUM AC DOMINORUM

DOMINI
AUGUSTI

PRIMATIS GERMANIÆ ET ECCLESIE METROPOLITANÆ
MAGDEBURG. POSTULATI ADMINISTRATORIS

DOMINI
JOH. ADOLPHI

ET
DOMINI
JOH. GEORGII

DUCUM SAXONIÆ JULIÆ CLIVIÆ AC MONTIUM ANGARIÆ ET
WESTPHALIÆ LANDGRAFIORUM THURINGIÆ MARCHIONUM MISNIÆ ET UTRIUS-
QUE LUSATIÆ PRINCIPALIS DIGNITATIS COMITUM HENNEBERGÆ COMITUM
MARCI RAVENSBERGÆ ET BARBIÆ DYNASTARUM RA-
VENSTEINIÏ &c. &c. &c.

PRINCIPUM AC DOMINORUM ET NUTRICIORUM QUONDAM
NOSTRORUM LONGE CLEMENTISSIMORUM
IN SOLENNI ORATIONE

AD D. IV. JUNII A. C. IN AUDITORIO ILL. AUGUSTEI MAJORI
PERAGENDA

ILLUSTRES AULÆ SERENISSIMÆ MINISTROS UTRIUSQUE REI-
PUBL. PROCERES ET LITERATOS HUIUS URBIS OMNES
UNA CUM CIVIBUS ILL. AUGUSTEI
DECENTISSIME HUMANISSIMEQUE
INVITAT

M. CHRISTIANUS REINECCIUS

SS. TH. BACC. CONSIL. SAXO-WEISSENFELS. ILL. AUGUSTEI RECTOR ET P. P.

& Augustei

